[Romae apud Stephanum Planck]

¶ Rolandi capelluti Chrisopolitani Philosophi parmensis ad
Magistrū Petrum de Gnalādris de Parma Cyrugicū optimū
Tractatus de curatiōe pestiferoꝝ apostematū. Incipit felicit̄.

EXitus rerum prudentia metitur. Si prudēs ergo est
animus tuus exitum ꝯsidera ꝛ nō principia que sepe
hominib⁹ mellita esse videnť quoꝝ exitus est ama/
rissimus. respice ne cū tota familia tua te corrūpas
dum indigentia auri pondera accumulare optas. Cognosco eq
dem ꝙ ad hoc periculum te potius auaritia inducit q̄ȝ caritas
O quantos ad malū finem auaritia deduxit. Quid eni lucrari
intendis in illa infelicissima vrbe que omni miseria plena est.
Affirmo quecunqȝ dicis ꝙ regnante Epidimia a pestilentiatis
magna munera medicis donanť: tñ lucrari solidū sine p̄iculo
magis p̄staret q̄ȝ cum p̄iculo ducatū. In tuis lr̄is me rogas: vt
mea experimēta et alioꝝ peritoꝝ medicoꝝ experta q̄ ad manus
meas deuenerūt ꝛ practicam quā exercui in nobilib⁹ vrbib⁹ in
quibus regnāte peste me reperi tibi in vno breui volumine scri
bere vellem: Crede mihi nō vana loquēti que nunq̄ȝ practice sȝ
tm̄ me ꝯsilio dedi. nōnullos tum ex peritis nostro tp̄e cognoui
mus qui seip̄os practice dederūt qui morte perierūt O imemor
tue familie p̄pter lucrū morti te ꝛ tuos tradere noli. nō metuis
ea que a cūctis metuēda sunt. Currente. Mcccclxviij. anno me
in vrbe nostra reperi in q̄ nō parua ꝛ horrida viguit pestis quā
similē nūq̄ȝ vidisse nec videre credo. Null⁹ amor nulla caritas
in parmigenis erat: sed oīs īmanitas ꝛ crudelitas in eis regna
bat. Vicinus vicino opē p̄stare nolebat. frater fratrē. viri vxo
res: ꝛ vxores viros: parentes filios: ꝛ filii parētes delinquebāt
hoies non tm̄ peste sed potius necessitate moriebanť Qd̄ peius
parrochiani ꝓo nec ꝯfessionē: nec sacratissimū corpus xp̄i: nec
extremā vnctionē infirmis donare volebāt Fratres mēdicātes
ꝛ parrochiani defunctoꝝ corpa in p̄priis vrnis sepeliri vetebāt
Q̄ȝ primū ad aures officialiū veniebat ꝙ vn⁹ aliqua egritudine

laboraret imediate officiales cũ magna satellitũ caterua gressꝰ
suos cũ furore ⁊ impetu ad domũ illius accelerabant: vel illum
in domo recludere: vel de domo expellere ⁊ ad sctm̃ Leonhardũ
ire faciebant: qui locus hominũ macellum erat et in quo omne
genus luxurie cõmittebat̃ plus ĩmanitas ⁊ latrocinia in dicto
loco vigebant q̃ȝ amor ⁊ caritas. In vrbe vero tanta facinora
ꝑpetrabant̃: ꝙ nec lingua fari: nec manu scribere possem. Per
vrbeȝ subiratores offitialiũ ibant ⁊ si pauperꝝ porcos reperiebãt
illos interficiebãt ⁊ vendebant. ⁊ ex dictaꝝ carnium porcinaꝝ
cõmestione magno regnãte calido prout regnabat mille hoĩes
infectati sunt ⁊ perierunt. Cum ergo regnat pestis tanq̃ȝ mortẽ
porcinas fugite carnes: Cessata epidimia medici qui pestilenti
atis medebantur ab officialibus detenti ⁊ incarcerati fuerunt:
illosq̃ȝ ĩputabant mille latrocinia ⁊ homicidia cõmisisse ⁊ pecu
nias quas cũ magno labore ⁊ periculo lucrati fuerunt eis arri
puerunt. Ne tibi ⁊ ceteris legentibꝰ tediũ nostra pagina prestet
q̃ȝ breuius potero tue petitioni pro posse satisfacere decreui.

Ex corrupto aere: ⁊ ex corporibus superioribus: ex ca
ristiaq̃ȝ: ⁊ ex fetore cadauerꝝ: ac etiã cõtagio pestilẽ
tiam in corporibꝰ humanis ꝯsurgere videmꝰ. Secre
ta nature que a peritissimis phisicis antiquis ⁊ mo
dernis ignota fuerũt solus deus nouit. Ideo nõ spernenda sed
notanda sunt signa q̃ ⁊ in morte ⁊ post morteȝ humanis corpo
ribus adueniebãt. Aliqui peste moriebant̃ qui in extremis q̃si
ad os genua applicabãt ⁊ ita eoꝝ corpora attracta seu astricta
remanebãt: ⁊ hoc magis fortibus corporibꝰ adueniebat q̃ȝ debi
libus ⁊ ꝓstratis. Aliq peste moriebant̃ quoꝝ corpora denigrata
erant. Aliqui vero solum renes denigratos habebãt. Ali q mo
riebant̃ quoꝝ corpora tota mendata erant. Aliqui solũ coxas ⁊
pectus mendatũ habebant. Aliqui erãt quoꝝ corpora a ꝓprio
colore mortuoꝝ nõ mutabant̃: sed post aures vł iuxta oculum
dexterꝝ vel sinistꝝ nigredinẽ quandã ad sĩlitudinẽ lentis habe
bant. Aliqui etiã erant q corpora crocea ⁊ tumefacta habebant

Aliqui etiā erant qui in corporibus eoꝝ habebant vesicā quan
dam ad similitudinez glandis que lardone plena esse videbat̄·
Aliqui etiā moriebant̄ qui glandulas in locis emontoriis vel
alia apostemata venenosa in corpore tenebāt· Aliq etiaz suffo/
cabant̄ ab ore quoꝝ nō parua quātitas sanguinis emanabat·
Facile quidē est scribere sed arduū ⁊ difficilimū est nature secre
ta ꝯgnoscere posse· Multa egregia adiectiua nr̄is experimētis
adiungunt̄: vt veꝝ: probatū: mirabile: ⁊ expertū q̄ in probatiōe
non vera sed falsa esse cognoscim⁹· Ideo peroptime locutus est
sapientissimus ypocras in prima particula amphirismoꝝ: et in
primo amphirismo: cum dixit· Vita breuis· Ars vero longa·
Tempus acutū· Experimentū vero fallax Judiciū aūt difficile
Necesse est ergo sapienti ⁊ expto medico vt pestilētiatis ꝯtinue
a principio in confortatiōe cordis et spiritualiū cum rebus cor
confortantibus ⁊ euacuationib⁹ vniuersalib⁹ ⁊ particularibus
bonoꝝ nutrimento instet· Ideo verbis mentē aduertere debes
qui onus pestilentiatoꝝ assumere intendis· Quibusdam enim
adueniebat acutissima febris cū maximo dolore capitis ⁊ passi
one renum: orisq; stomachi dolore: ac etiā lateꝝ ⁊ ypocundrioꝝ
⁊ cum vomitu ⁊ nausea pulsu cordis casu virtutis vel sincopi·
scd̄a vero die in locis emontoriis glandula vel aliud apostema
venenosum vt antrax vel carbuncul⁹ in corpore oriebat̄· Etiaz
quibusdā acutissima febris cū apostemate venonoso ⁊ cū seuis
accidentib⁹ supius noīatis mortez indicantib⁹ adueniebat· Si
vero isti quib⁹ hec seua accidentia adueniebāt fleubothōebant̄
spūs cū sanguine exiebat· Ideo hec cura soli etiā oīpotenti deo
seruanda est· Aliqui etiā erant quibus adueniebat acutissima
febris cū apostemate venenoso sine accidentib⁹ superius dictis.
Nos quidem sine vlla mora a latere in quo apostema ortū erat
fleubothomare impabamus: si virtus ⁊ etas tollerare poterāt·
Aliqui etiā erant quibus acutissima febris cum magno dolore
capitis adueniebat: ⁊ in scd̄a die apostema venenosum oriebat̄
Hi quidē si fleubothomabant̄ orto apostēate in vomitu nausea

tremore cordis ꝛ sincopi incurrebant ꝛ moriebant̄. Aliqui etiā erant quibus sine apostemate adueniebat ꝛ ita profundebant̄ in somno ꝙ astantes nullo modo eos euigilare poterant ꝛ moriebantur. Aliqui etiam erant qui apostema venenosum cum acutissima febre ꝛ profunditate somni tenebāt ꝛ moriebantur. Aliqui etiam erāt qui acutissimā febrez sine apostemate ꝛ cum apostemate in corpore tenebāt ꝛ nunꝗ̄ somnū nec requiez cape poterant et moriebant̄. Aliqui etiā erant qui apostemata sine acutissima febre in corpore te nebāt ꝛ solum cū empl'is maturātibus illa ad exituram deuenire faciebāt. ꝛ etiā cum cerotis et vnctionibus ac etiā purgationib⁹ illa delebāt. Scire enī debes ꝙ malignis ꝛ pestilentialib⁹ morbis citissima ꝯueniūt remedia que si differunt̄ nihil ꝓferunt. Ideo principiis est resistendū vt ait Poeta. Non insuauis principiis obsta: sero medicina parat̄. Cum mala per longas ꝯualuere moras. Illis quib⁹ acutissima febris cū apostemate ꝛ sine apostemate ꝛ cū seuis accidentibus superius noīatis mortez indicantib⁹ adueniebat: omnino fleubothomia et solutiuū prestare recusabamus: sed hoc modo eis succurrere impabamus. Aduerte ꝙ pestilentia multū debilitat ꝛ ꝯtaminat naturam. ideo pestilentiati bonis cibis ꝛ substātialibus sunt sepe nutriendi. Multiplica ergo in eis numerum: ꝛ minue quantitatez. ℞. ergo pulpas galline vel caponis ꝛ minutim illas incide postea cū aliquib⁹ amigdolis dulcibus optime contunde. hoc facto cū brodio distilla per thamisum: ꝛ pone in aliquo vase terreo bn̄ vitriato ad calefaciendū: ꝛ calefacto adde modicum vini granatoꝝ vel agreste ꝛ aque rosate: vel alterius aque cordialis: vt melisse: boraginis ꝛc̄. de hac potione sepe pestilentiato prebe. hoc enim fieri debet de tribus horis in tribus vel de quatuor horis in quatuor ad plus. Alia aqua magne virtutis ꝛ substātie que multū egrotantib⁹ ꝯuenit qn̄ nō possunt aliquid cōmedere. ℞. vnū caponem bn̄ pinguē vel vnā gallinā ꝛ minutim incide: ꝛ ei⁹ ossa poptime frange: ꝛ in elābico vitreo ad distillandū pone. Et si vis aquā cordialiorem facere perlas

ducatos et fragmēta lapidū preciosoꝝ ꝛ coralos rubeos potes imponere· ꝛ de hac potione sepe pestilētiato donare Potest etiā alio mō hec potio cordialis fieri· ℞· vnū caponez bñ pinguez ꝛ minutim incide: ꝛ ei⁹ ossa poptime frange ꝛ in vase vitreo pone ꝛ cū dicto capone· ii· vn· man⁹ xp̄i finissimi· vi· vel viii· ducatos perlaꝝ· lapidū preciosoꝝ fragmēta· ꝛ coraloꝝ rubeoꝝ· ac etiam substantiā triū vel q̄tuor arantioꝝ optime mundatā adde· vasecꝫ obturato in duplici vase hāc potionem per· v· vel· vi· horas facias bulire· postea de dicta potione egrotāti prebe· Mixtura cordialis· ℞· zuchari rosati violati buglossati boragiati ꝛ dyamellissati ana· vn· ii· eл de gēmis vn· ſ· manus xp̄i finissimi vn· ſi· man⁹ xp̄m teratur ꝛ cum dictis zucharibus admisceat̄ ꝛ cum vno vel duob⁹ foliis auri fiat mixtura· Hec mixtura potest cuz aquis cordialib⁹ dissolui· postea p tamisum colari ꝛ de dicta colatura cū aqua cocta frigida infirmis exhiberi· ℞· etiā iulep de arantiis de citro de limonib⁹ añ· vn· i· misce ꝛ cū aqua cocta frigida īfirmis prebe· Re· iulep rosati violati oxizachare añ· vn· i· misce ꝛ cū aqua cocta frigida exhibe· Hee potiones cor ꝯfortāt ꝛ calorem febrilez extinguūt· Epithīa in febrib⁹ pestilentialib⁹ omīno ꝯuenit· Ideo ne tardes ip̄m cordib⁹ infirmoꝝ applicare Re· aque rosate vn· iiii· melisse boraginis acetose ꝛ buglosse añ vn· ii· aceti optimi vernacii· vn· ii· pulueris rosaꝝ siluestriū sandaloꝝ alboꝝ ꝛ rubeoꝝ coraloꝝ alboꝝ ꝛ rubeoꝝ añ· drag· i· ſ· croci drag· ii· cāphore drag· ii· oīa simul misce et in dicto epithīate peciam de grana infunde ꝛ aliquātulū exprime infirmoꝝ cordibus sepissime appōe· Potest etiā fieri hic saccul⁹ cordialis· Re· rosaꝝ siluestriū floꝝ buglosse boraginis floꝝ rosmarie melisse añ· drag· ii· cāphore drag· ii· ſ· musci· scro· i· iacinti smeraldi et granate añ· gra· iii· sandaloꝝ alb· ꝛ ru· coraloꝝ rube· añ· drag· j· auri ꝛ argē· folia· ii· croci· drag· ii· ex oībus istis fiat sacculus de rubea scindone· postea habeat̄ tegula calefacta ꝛ cū aqua rosata ꝛ aceto optimo vernatio aspergat̄· deinde sacculus tegule superponat̄ postea infirmoꝝ cordib⁹ applicet̄· Et digno odora

mento bonificat cor et confortat. Ideo sepe hoc odoramentū a pestilētiatis est odorandū. Re. pulueris rosa. siluef. vtriusqȝ san dalorum foliorum lauri radicuȝ valeriane et gariofilate añ. drag. ii. gariofilorum cinamomi nucismuscate cuminelle spice nardi mele gete storacis calamite añ. drag. ii. cāphore drag. ii. s. croci drag. iii. musci scro. j. oīa subtiliter puluerizent et in sindōe de grana ligent et ab infirmis sepe odoret. Stomachū vt vomitui resiste remus cū oleis de citoniis vel de mēta vel de mastice vel de ab sinthio seu de spica iungere faciebam⁹ postea modicū pulueris gariofilorum sup aspergere impabamus. pestilentiatis oīno vinū impēdere recusabam⁹. illis solū aquā cocta ȝ frigidā ꝯcedebam⁹ eosqȝ carnib⁹ pullorum ceteris carnib⁹ meliores et saniores nutri re faciebam⁹. Cameras ex thure seu incensu vel ex granis iuni peri et aliis rebus odoriferis suffumigare impabam⁹. Illasqȝ ex aceto et aqua rosata aspergere faciebam⁹. Frōdes fictiū salicūqȝ ac etiam persicorum per cameras ꝓsternere impabam⁹. Unctiōes et emplastra que pestiferis apostematib⁹ approximant et etiaȝ a doctoribus medicine ponunt difficilimū mihi esset ꝯnumerare Ideo tue sufficiētie relinquo vt meliora exerceat et deteriora re linquat. Nullus barbitōsor in vrbe reperiebat q pestilentiatos fleubothomare vellet preter vnū quem habere posse difficilimū erat. Ideo illis quib⁹ apostemata venenosa cū acutissima febre oriebant hoc mō succurrebam⁹. Si cito et tpe cōuenienti barbi tonsoreȝ habere poteramus īmediate pestilentiatū de latere in quo apostema ortū erat fleubothomare faciebam⁹ vt si glandu la erat sub ascella dextera de brachio dextero: et si de sinistra de sinistro. et si sub ambabus ascellis de venis amborum brachiorum. si vero apostema ꝯtinebatur post aurem dexterā de vena manus dextere. si post sinistrā de sinistra. et si post ambas aures de ve nis ambarum manuū. Et ita de coxis intellige. Sunt tñ aliq qui dicunt q fleubothomia pōt differri vsqȝ ad. xii. horas. Tamen vidimus q illis quib⁹ apostema venenosum cū acutissima febre adueniebat: si vsqȝ ad illud tempus fleubothomia differebatur

magis nocebat q̄ꝫ nō iuuabat· Aduerte tñ: q pestilētiati quib⁹ apostema venenosum cū acutissima febre oritur si spaciū illius temporis p̄tereunt nullo mō fleubotomādi sunt: qꝛ spiritus cū sanguine exiit· caue etiā q in locis emōtoriis nullo mō repcussiua apponas· Si ergo regnāte peste accideret q fleubotbōatorem tpe ꝯuenienti habere nō posses: tene ordinem si tibi placet quem in succurrēdo pestilētiatis tenebam⁹· Uentosam ter aut quater affocatā sup apostemate si potes appōe· si nō potes illā inferius p tres vel q̄tuor digitos pone· postea cū rasorio fortez fac scarificatiōez· hoc facto ventosaz bñ affocatā sup scarificatione multotiēs reitera vt nō paruā quātitatez sanguinis attrahat· qđ si sanguinē attrahit bonū signū est· si v̄o sanguinez nō attrahit est malū signū· postea hoc emplastꝝ calidū superpone ℞· armoniaci vn· ſ· bedellii serapini añ· drag· ii· euforbei· castorei· añ· scro· j· sinapis piretri· añ· drag· j· ficuū pinguiū numero q̄tuor· fermētiacri· vn· ſ· gume in optimo vino alb poptime dissoluant̄ ꝛ colent̄· deinde vt decet oīa sil̄ misceant̄ ꝛ fiat emplm̄ qđ calidū quantū infirm⁹ tollerare possit apostemati applica· vsq̄ꝫ quo apostema bñ extractū sit acute· postea cū emplastro maturatiuo ꝓcede· illud sepe reiterādo seu mutādo vsq̄ꝫ apostema maturatū fuerit: maturatoq̄ꝫ illud cū gamau vel cū sagittella poptime aperi· postea more cyrugicoꝝ ꝓcede· Sed semp ī tuo digistio bonā quantitatē alumis zuchari pone· Sed mēti tene oī sero dare infirmo vnā pillulaz impialez vel alterā apppriatā et oī mane potiōem istā· ℞· sirupi de citro vn· j· ſ· terre sigillate drag· j· aque scabiose vn· iii· misce ꝛ infirmo p̄be· Loco sirupi de citro potes vti sirupo de limonib⁹ vel de arātiis· vel violato vel rosato· vel oxiczachara· ꝛ sic de aliis pesti ꝯferentibus· ℞· casie bñ pinguis ꝛ nouiter extracte vn· ſ· eli· de psilio ꝛ de succo rosaꝝ añ· drag· ii· ꝛ dissoluant̄ cū aqua scabiose: ꝛ cū vn· j· sirupi violati fiat potio breuis: hanc potionez interdū pestilētiato prebe· Etiam ex aliis solutiuis potes ſm q tibi videbit̄ potiones similes isti ꝯponere Clisteria etiā in istis casib⁹ vtilia sunt

Re·ergo casie vn·j·eli de psillo·vn·s·dissoluantur in decoctiõe conmuni et cum·iii.vn·olei violati et vn·j·pulueris zuchari et modico salis fiat clistere·Si glãdula esset in coxa dextera epar cum epithimathe isto epithima· Re·aque endiuie:solatri:plantaginis ꝛ semperuiue·añ·vn·ii·aceti optimi vn·iii·boli armeni terre sigillate añ·drag·ii·vtriusqȝ sandalorum coralorꝝ rubeorꝝ spodii añ·drag·i·s·camphore drag·i·croci·drag·s·terranda terrantur et cũ aquis et aceto fiat epithima·Si vero esset in coxa sinistra splenem cũ epithimate isto epithima·Re·aque endiuie: boraginis ꝛ buglosse añ·vn·ii·aceti optimi vn·i·spodii karrabe añ·drag·j·s· vtriusqȝ sandalorꝝ carosorum rubeorꝝ añ ·s· drag· camphore scropl'.s·croci· drag ·j· Si glandula esset sub ascella dextera cũ epithimate cordiali superius descripto cor epithima Si vero in sinistra contineretur· epithima cordiale retro circa regiones cordis appone ꝛ non supra cor propter emplastrũ qđ apostemathi superponit̃:quia interdũ ista apostemata ita amplum occupant locum ꝙ propter vnctiones ꝛ emplastra cor epithimari non potest·Sed si potes epithima supra cor superpone et quãqȝ apostema in diuersis partibus corporis contineť: tñ semp cor epithimare debes·Si vero post aures apostemata contineť ventosas spatulis ꝛ naticis cũ scarificatiõe forti appone· Uentose spatulis apposite apostematib⁹ post aures ꝯtentis iuuant Etiã vẽtose cũ scarificatiõe naticis applicate apostẽatib⁹ sub ascellis ꝛ in coxis ꝯtentis nõ paruã vtilitatez prestãt·Uentose naticis apposite cũ bona scarificatiõe q̃si fleubothomie vene cõis equipollet·Ordinez quẽ circa glãdulas bubones ꝛ silia tenebam⁹ ĩtellexisti·Nũc ꝟo de carbũculis antracib⁹ prunis ꝛ silibus nota·Carbũculos antraces ꝛ silia cũ isto defensiuo circũcirca ꝑ aliquos digitos punge·Re·aq̃ solatri semp viue ꝛ plãtaginis añ·vn·iiii·olei rosati·vn ·j· boli armeni terre sigillate sanguinis dracõis añ·drag·iii·aceti albi optimi vn·iii oĩa sil' misce et circũcirca carbunculũ punge·postea sup nudum caput apostematis hoc emplastꝝ superpone·Re·calcis viue salis nitri

cātheridaꝝ viridē eris vitrioli romani cōbusti an̄·drag·i·arsenici drag·i·s·omnia subtiliter puluerizent̄ ꝛ cū sapone molli et melle incorporent̄ ꝛ fiat emplastꝝ non multū durꝝ:sed aliquantulū molle quod apostemati suppone·Mortificato apostemate butirum vel axungiam :donec remota sit escara pone · Postea more Cyrugicoꝝ procede·Et vt superius diximus cū substantialibus cibis pestilentiatos rege : in quibus semper modicum agreste vel vini granatoꝝ fac imponere·Uitella ouorum recētium sorbilia etiam pestilentiatis vtilia sunt·

¶ Illis quibus acutissima febris cum dolore capitis aduenit postea in aliquo emontarioꝝ loco apostema orit̄ in succurrēdo eis hūc modū tene:immediate conquerunt̄ · Uentosa spatulis ꝛ naticis cum bona scarificatione appone·Et sequenti die eis farmacum vel aliud qđ tibi videbit̄ prebe·Orto apostemate sicut superius diximus procede·Quos vero acutissima febris cū profunditate somni tenet: fac omnino vt eos euigiles : et cum clisteriis : potionibus ꝛ ventosis si potes eis auxilium dones·Illis qui apostema venenosum cū acutissima febre ꝛ ꝓfunditate somni tenent : sicut superius diximus in succurrendo procede·Qui vero acutissimā sine apostemate et cū apostemate tenent· ꝛ die noctuqꝫ nunq̄ꝫ requiez capere possunt: meliori modo quo potes cū rebus cor confortantibus ac etiam bonis et delicatis potionibus ꝛ clisteriis eis succurre· Qui vero apostemata sine acutissima febre tenēt:hos quidez fac fleubothomare si potes: sinautē cum ventosis emplis potionibus ꝛ clisteriis sicut dictū est procede·Tamen in istis credo ꝙ fleubothomia vsqꝫ ad·xii· horas differri possit·Sed in illis quibus apostemata venenosa cum acutissima febre adueniūt nullo modo fleubothomia vsqꝫ ad illud tempus differri debet:sed quāto citius fit tāto melior ꝛ salubrior existit · Multi tñ ex istis qui apostemata venenosa sine acutissima febre tempore pestis tenēt propter magnas crapulationes ꝛ potationes vinoꝝ fumantium : ac etiā superfluo coitu in seuis accidentibus incurrūt et moriunt̄ · ideo ista tpe

pestis tanq̃ mortale venenum fugienda sunt.

¶ Sunt enim vrine pestilentiatorꝝ: aut liuide: aut subiugales. Et hoc dicunt medicine doctores: ⁊ hoc est verꝝ. Tamen aliq̃n apparet oppositũ: ⁊ hoc nostro tp̃e sepe vidimus q̃ vrina pestilentiati in substãtia ⁊ colore parꝝ differt ab vrina sani. Est etiã aliq̃n ei⁹ vrina ruffa: vel rubea: vł spissa: ⁊ fetens. Ideo aduerte medice ne decipiaris: quoniã in istis tp̃ibus multi decipiuntur ⁊ multe fallacie etiã cõmittunt̃. Aliqua ex medicaminib⁹ quib⁹ vulgus magis vtebat̃ tibi in isto breui opusculo scribere decreuimus. Aliqui erãt qui regulas seu thiapas cuporꝝ optime affocatas in fortissimo aceto extinguebant. postea in pannis de canipa rudib⁹ ⁊ vnctuosis inuoluebãt ⁊ ita calidas apostematib⁹ applicabant: ex hoc aliqui euadebant: et aliqui moriebantur. Aliqui etiam cum oleo de vermibus terrestribus calido sua apostemata vngebant. Aliqui etiam cum istis oleis calidis scʒ de camomilla de lilio de aneto ⁊ de sambuco mixtis sua apostemata vngebant: postea ex maluauisco maluis et lapacio acuto cepisq̃ cõmestibilibus seu de lilio sub prunis bñ maceratis cũ butiro ⁊ axungia fermentoq̃ et croco emplastꝝ cõponebant et calidum suis apostematibus applicabant. Aliqui etiã erãt qui dyalteam bene dissoluebãt et tam calidã qui tollerare poterãt sua apostemata vngebant: ⁊ reuera sibi vtilem ⁊ ꝓficuã reperiebant. Aliqui etiam erant qui ventosis apostematis suppositis et bene clarificatis cũ illis quatuor oleis scʒ de camomilla ⁊c̃. apostemata vngebant: postea emplastrum de gumis calidum apostematibus applicabant. Aliqui etiã erant qui apostemata venenosa in corpore tenebant ⁊ apium raninum quod a vulgo pes milui vel pes anseris nuncupat̃: inter lapides viuos cõtundebant: postea testã nucis implebãt: ⁊ si apostema erat in coxa dextera in crure dextero: ⁊ si in sinistra in sinistro crure dictaʒ testam ponebant: que faciebat quandaʒ vesicam quã aperiebãt postea cum butiro vngebant Et ita si in aliis locis emontoriis apostemata erant dictum medicamen manibus vel brachiis

applicabant · vngendo semper eorum apostemata cum oleo de camomilla et de aneto &c· postea amplastrum de maluisco suis apostematibus superponebant· Aliqui etiam erant qui testam nucis viridi de cortice vidalpe inter lignum ⁊ superiorem corticem existentem implebant: ⁊ sicut dictum est de apio ranino simili arte de isto laborabant· Aliqui etiam erāt qui apostematibus tibiis et coxis sanguisugas applicabant · Aliqui etiam erant qui quam primum febris eos inuadebat: vnum bonū coclear sulphuris viui optime puluerizati cum medio cipho vini albi subtilis aliquantulū tepidi bibebant: ⁊ ex magna virtute ⁊ potentia huius medicaminis apostemata a corpore exiebant: et orta cum emplastro ⁊ oleis superius dictis procedebāt· Aliqui etiam erant qui cepe scaloniā ⁊ spicam alei ⁊·xx·grana piperis cum sale ⁊ calce viua cōtundebant ⁊ cū melle ⁊ sapone liquido emplastrum faciebant · postea testā nucis dicto emplastro implebant quam antraci vel carbunculo superponebant · Aliqui etiam ex sanis erant qui seipsos a peste perseuerare volebant ⁊ cum cantheridibus ⁊ fortibus herbis ⁊ acutis medicaminibus sua crura vlcerabant: vlceratisque cū butiro ⁊ axungia procedebāt Multa et multa alia medicamina quibus vulgus vtebatur ibi addere potuissem: que et mihi scribenti et tibi legenti: ceterisque intuentibus tedium non inferant illa pretermittere decreui · Bene vale · et tuum Rolandum Capellutum chrisopolitanum Philosophum ad tua vota respirantem intellige · Sed iterum te rogo vt omnium rerum tuarum exitum consideres·

Finis·